potest[x] preter eum inveniri, qui patres suos[y], spiritualem pariter et carnalem, subdola ceperit factione[z][65]? Iste est, qui preceptis dominicis in utraque tabula contradixit[a]. Nam, ut de his, que actu priora sunt, prius[b] dicam, patrem carnis sue non honoravit[c][66], sed eum[d] captivavit prius et deinceps[e] expulit fraudulenter et in Deum postmodum et eius[f] ecclesiam insurrexit et de sede Petri Petri vicarium[g] usque in vincula[67] perturbavit. Felix ergo papa Paschalis[h] et omni devotione diligendus, qui sic apostolicam sedem rexit, ut et apostolice[i] passionis imitator fieri[j] mereretur[k]. Felix vinctus Iesu Christi[68], cui[l] licet pedes et manus etiam vinciantur, verbum autem[m] domini nunquam[n] est[o] alligatum[69]. Qui autem huius capitis[p] esse membrum[q] voluerit, capiti suo se debet[r] estimare coniunctum[s]. Spectat enim[t] in contumeliam[u] filiorum, si qua patribus irrogetur[v] iniuria[70]. Non[w] est capitis huius[x] membrum, non est huius patris filius, non est huius prelati[y] subditus, qui non sentit, qui non condolet, qui insultat[z].

x) potest: p[t] *P^1,* posset *d'Achery* y) suos patres *d'Achery* z) fatione *S* a) contradicit *Beaugendre* b) primo *P^1 d'Achery* c) honoravit: *korrigiert aus* honorat *P^1 von anderer Hand* d) eum: *fehlt Beaugendre* e) deinde *Po* f) eius: in eius *Po Sackur* g) Petri vicarium: vicarium eius *Po Sackur,* vicarium *S Beaugendre,* in atrium *P^1 d'Achery* h) pascalis *P^1 Po* i) apostolice: *Rasur in der Zeile, am Rand ergänzt P^1* j) esse *Beaugendre* k) meretur *P^1* l) cum *P^1 d'Achery* m) autem: tamen *Po Beaugendre Sackur* n) nusquam *D* o) erit *Po,* manet *P^2* p) capitis huius *G* q) membrum esse *Po Beaugendre Sackur* r) debet se *Beaugendre* s) coniunctum: non iunctum *S* t) enim: *fehlt L* u) contumelia *S* v) irrogatur *L* w) Non: Non enim *P^1 d'Achery Sackur* x) huius capitis *Beaugendre* y) prelatis *P^1* z) insultat: non insultat *P^1 d'Achery*

65) *Zu* subdola … factione *vgl. Aldh. prosa de virg. c. 32 (ed. Ehwald [MGH Auct. ant. 15, 1919] S. 273, 9).*

66) *Vgl. Deut. 5, 16.*

67) *2. Tim. 2, 9* laboro usque ad vincula, *vgl. unten Excusatio 160* pro subditis se perturbavit in vincula.

68) vinctus Iesu Christi: *Eph. 3, 1; Philem. 1.*

69) *2. Tim. 2, 9* in quo laboro usque ad vincula quasi male operans sed verbum Dei non est alligatum.

70) *Ähnlich Leo M. tract. 77, 4 (CC 138, S. 490)* non est pietas unigenito praeferre genitorem, filii contumelia patris iniuria est, quod uni demitur utrique detrahitur; *aufgegriffen in Excusatio 52 f.*